

**4139** ex iusu Matris deum | pro salute imperii | tauribolium fecit Publius | Valerius Fortunatus Thalamus; | suscepit cronis<sup>1</sup> Porcia Bassenia; | sacerdote Aurelio Stephano. | Dedicata VIII k. Apr.<sup>2</sup> Pio et Proculo cos.<sup>3</sup>

*Cordubae (II S. 5521 videt Huebner).* — 1) *Accipiendum esse pro xpiōv et cogitatione supplendum bolium putat Momms.* — 2) *23 Mart. (dies Hilariorum Matris deum, cf. C. I. L. I ed. 2 p. 343).* Etiam dies *27 Mart. praecipuum locum habuit in sacris Matris deum (cf. C. I. L. I ed. 2 p. 344; VI 5702).* — 3) *A. 238.*

**4140** M. d. m. I. | sacr. trib. taur.<sup>1</sup> | fecer. | cum suis hostis et apparam.<sup>2</sup> | omnib. L. Dagid. Marius pontif. perpet. civit. Valent. | et Verullia Martina et | Verullia Maria fil. eorum | pro salute imp. et Caesar. | Philipporum Augg. et Otacilliae Severae Aug. matris | Caes. et castror., praeeuntibus sacerdotibus Iuni[o] | Tito XVvir.<sup>3</sup> Arausens., et | Castricio Zosimione ciuitat. Albens., et Blattio | Paterno civitatis Voc., | et Fabricio Orfito Liber.<sup>4</sup> | patris, et ceteris adsistentibus sacerdotibus, | v. s. l. m.<sup>5</sup> Loco<sup>6</sup> vires conditae<sup>6</sup> die prid. kal. Oct. | imp. Philippo Aug. et Titiano cos.<sup>7</sup>

*Deae Augustae (Die) rep. (XII 4567 semel saec. XVII nescio a quo descripta).* — 1) *Tribus tauris (propterea quod tres homines pro tribus principibus sacrum fecerunt, itemque trium civitatum sacerdotes verba praieverunt, ut putat Momms.).* — 2) *Apparamentis.* — 3) *Quindecimvrali (sc. sacerdote); cf. N. 4151 not. 4.* — 4) *Liberi (sc. sacerdote).* — 5) *Haec fortasse corrupta.* — 6) *Cf. N. 4129.* — 7) *50 Sept. 243.*

**4141** taurob[olium factum Matri deum] | magnae Id[aeae pro salute et victoria] | imp. Caes. C. V[ibi Treboniani Galli Pii] | Fel. Aug.<sup>1</sup> et [imp. Caes. C. Vibi Afini Galli] | Veldum[niani Vol]usiani P[ii Fel.] | Aug.<sup>2</sup> totiusq. domus divin. eor. [et] | sen[atus, X]Vvir. s. f., equestr. ordin., | ex[ercituum], . . . va[l]ium, navigantium<sup>3</sup>, | s . . . . .

*Ostiae (XIV 42 vidi).* — 1) *Galli nomen rasura temptatum.* — 2) *Item erasa Veldum-, Volusiani, Aug. vocabula.* — 3) *Conferri potest quod apud Apuleium met. 41, 47 sacerdos aliquis fausta precatur 'principi magno, senatuique et equiti, totoque Romano populo, nauticis, navibus, quaeque sub imperio mundi nostratis reguntur'; item Deli votum aliquis solvit ὑπὲρ ἐαντοῦ χαλ . . . . ὑπὲρ τῶν πλοῖομένων πάντων (Bull. de corr. hellénique 6, 1882 p. 528).* — *Ad alia taurobolia Ostiae pro salute imperatoris facta spectant fragmenta XIV 40. 43, quorum illud scriptum est inter annos 169 et 173, cf. ad N. 4153. Praeterea sacra ex vaticinatione archigalli pro salute imperatoris in portu Ostiensi fieri solita memorat Ulpianus de excus. (fr. Vat. 448).*

**4142** M. d. m. I. Aug. sac. | pro salute impp. Caess. | C. Valeri Diocle[tia]ni<sup>1</sup> Pii Fel. | Aug. et M. Aureli Valeri M[axi]miani<sup>1</sup> Pii Pii (*sic*) Fel. Aug. totiusq. | divinae domus eorum | Q. Minthonius Fortunatus sacerdos, perfectis | ritac (*sic*) sacris cernorum<sup>2</sup> | crioboli et tauroboli, | suffragio ordinis col. | suae Mact. comprobatus | antistes, sumtibus suis, tradente Claudio Bono sacerdote una cum | universis dendroforiis (*sic*) et sacratis | utriusque sexus | v. s. l. a.

*Mactari in Africa (Gauckler bull. archéol. du comité des travaux hist. 1897 p. 424).* — 1) *Nomina imperatorum erasa. Titulus scriptus inter annos 284 et 293.* — 2) *Taurobolium criobolium cerno perceptum, est N. 4146. Huc videntur perti-*